



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Pvgnā Spiritvalis

Scupoli, Lorenzo

[S.l.], 1599

VD16 S 5184

Cap. XXIII. Quo modo Orationi interiori simul & meditationi vacare
possimus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49116](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49116)



CAPVT XXIII.

Quatenus homo simul Orationi
interiori & contemplatio-
ni vacare possit,

Orati-
oni
que
medi-
tatio-
nes iū-
genda.

SI quandoque certum tem-
pus, vt horam vnam & am-
plius, mentaliter orare volue-
ris, iunges orationi huic me-
ditationes de vita & morte
Christi Domini nostri: ita vt
opera Christi semper accom-
modes ad virtutem quam pe-
tis, simulq; de ijsdē mediteris.
Verbi gratia. Desideras acqui-
rere virtutem Patientiæ: assu-
me ergo meditandum aliquod
my-

mysterium crucifixionis Christi Domini nostri. Scilicet quàm atrociter spoliatus sit vestibus suis; quàm truculenter vestes, sacris eius vulneribus adhærescentes, detraxerint: quantis cum subsannationibus ac diris spineam coronam sacro capiti eius, iterum, iterumque ac sæpius extractâ, denuò impresserint. Vel quomodo ipse innocentissimus Dominus Deus, duro Crucis ligno affixus, & cum ineffabili vulnerum suorum, totiusque sacri corporis eius dolore in altum leuatus sit. Vel his similes meditationes assume.

Et

Medi- Et inter meditandum de
tatio- Christi passionibus, applica
nesPas Sensualitatem tuam, vt pœ-
sionis nam, quam Christus ista pati-
Domi- ens, in omnibus membris sa-
nicævt cri corporis sui sustinuit; etiã
susci- ipsa in se sentiat. Deinde exci-
piēda. ta & eleua cor tuum ad sacram
 animam Christi, & quantum
 potes meditare summam pa-
 tientiam ac mansuetudinem,
 quibus acerbissimos istos, ali-
 osque complures cruciatus,
 placidissimè tolerauit. Quod-
 que idem Dominus Iesus pro
 honore cœlestis patris sui, p-
 que salute nostra, paratus
 semper fuerit, seque obtule-
 rit

rit ad multò plura, grauioraq;
sustinenda.

Postea aspice eum oculis
mentis sic in cruce pendētem,
martyrioque affectum, eique
asta & meditare, quàm ferui-
do desiderio pro te pati volu-
erit, vt eius exemplo & tu ad-
uersitates tuas, propter hono-
rem ipsius patienter sustine-
res. Et sicut ipse vertit se ad su-
um cœlestem Patrem pro te
orando: ita & tu petas tibi gra-
tiam concedi, vt crucem, quã
nunc sustines, omniaque in-
commoda alia, æquanimiter
sufferre, superaréque valeas.

Deniq; compelle volūtatē
tuam,

190 CAP. XXIII. *Pugna*

tuam, vt in hoc consentiat, e-
amque sapius alloquere, vt
crucem istā placidè in se susci-
piat, & constanter perferat.
Mox mentem tuam verte ad
Deum Patrem tuum cœlestē,
ab eoque humili prece efflagi-
ta virtutem Patientiæ, vt su-
perare possis: pariterque to-
to corde ora, vt orationem di-
lecti filij sui, quam indefinē-
ter pro te fundit, clementer
exaudire dignetur.



CAPVT XXIV.

*De quodam alio modo orandi per
meditationes.*

Et